



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 2. Pontificis consilium de restauranda Synodo Cæsari manifestatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. cum ceteris Cardinalibus obstrinxisset, quod interrupta Concilii negotia rursus profequi vellet, hinc Cæsar totus etiam in eo erat, ut pacem Imperio redderet, ipsosque insuper Protestantes eo adigeret, ut se se tam augusti conventus definitionibus submitterent. Eapropter vix novi Pontificis electionem in Flandria edoctus, confestim Ludovicum de Avila supremum Ordinis Alcantarini Magistrum nominabat, dato negotio, ut Cæsaris nomine submissionis obsequium eidem præstaret, obtentumque Pontificatum gratularetur, præcipue vero de Synodi, cujus continuationem, ac prosperum exitum Imperator peroptabat, negotiis cum novo Pontifice ageret.

*Anton. de
Vera hist. du
Charles V.
p. 270.*

§. II.

*Pontificis consilium de restauranda
Synodo Cæsari manifestatum.*

Pallav. l. c. **H**unc Oratorem recens electus Pontifex non sine ingenti lætitia excipiebat, officiosamque Cæsaris salutationem singularibus benevolentiae signis compensabat, quamvis ceteroquin de Concilii rebus tunc parum fuisse actum videatur, eoquod novus Pontifex vix electus jamjam Franciscum Toletanum
Caro-

Carolus Cæsarem ablegabat, ut eidem significaret, quod Synodum ad Tridentinam Urbem revocare, eamque prosequi animo constituisset, quamdiu illius continuationem Religionis honor, atque salus deposceret.

Sæcul. XVI.
A.C. 1550.

§. III.

Cæsaris edictum contra hæreticos.

Sub idem tempus Imperator, ut piæ Pontificis voluntati vicissim novum sui pro vera Religione studii specimen redderet, severissimum promulgari jussit edictum adversus omnes, & singulos, qui præter Religionem Catholicam cuiuscunque alteri sectæ nomen daturi essent: Ut vero hujus legis executio urgeretur, plura instituit tribunalia, Inquisitionis Curiaè haud absimilia, simulque judices selegit flecti nescios, qui in hujus edicti transgressores pœnis ab ipsomet Cæsare sancitis severe animadverterent, eosque sine spe veniæ castigarent.

Sleid. comm. de stat. Relig. Reipubl. lib. 22. p. 781. edit. ann. 1556. Heiff. hist. de l'empire t. I. l. 3. p. 297.

Exeunte Mense Aprili Imperator Bruxellis discedens Augustam ad comitia, quæ ibidem celebranda indixerat, contendit, priusquam vero inde abiret, præfatum edictum promulgari jussit, cujus tenor erat sequens: *Quamquam, inquit Cæsar, id operæ dederim semper, ut meos intra fines antiqua, & vera Religio*

Hist. Eccles. Tom. XL. I serva-